



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Andreas Fundanus Ep. 6. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

698 VITÆ SANCTORUM. 6. Nov.  
Capiti *Malachia* plures infidias posue-  
runt, ut ipsius insulam suam tegerent ca-  
put. Sed caelum pro virtute pugnavit.  
Nam dum *Malachias* ad asylon templum  
confugit, tempestas omnes ejus hostes  
fulminavit, lacerosque eorum artus hinc  
inde stipitibus arborum ad cogirati par-  
ricidii infamiam suspendit. Sed & mu-  
lier, quae linguam in Divum armaverat,  
putrescere hanc sensit, ut oris virulen-  
tam infamiam graveolentia proderet. A-  
lios oculorum orbitas, ferrum alios  
ignesque & daemon malus sunt ulti. Ita  
omnibus periculis subductum caput in-  
tutas latebras Claram Vallem tulit, & ut  
securum jam esset, cuculo abdidit. Mo-  
rienti oculos clausit D. Bernardus, quem  
quia praconem laudum etiam suarum  
habere meruit, non jam Achilli Home-  
rum puto invidet. *Ex S. Bern.*

*Beatus, qui se ab omni macula purum at-  
que integrum servat, ut cum fiducia in de-  
um suam recipiat Regem gloria; qui cum  
reverentia ac timore ad sacrosancta myste-  
ria Servatoris accedit, seque vitam aeter-  
nam suscipere non ignorat. S. Ephrem. in  
Beatitud.*

S. ANDREAS FUNDANUS EP.  
6. Novembris.

**R**ectè dixit, qui dixit primum ad lap-  
sum gradum esse, occasionem non  
fuge.

6. Nov. VITÆ SANCTORUM. 699  
fugere. Id si homines inficias ire velint,  
ecce mali dæmones ultrò fatebuntur.  
ANDREAS omnibus virtutibus, sed  
castitatis laude imprimis clarus feminam  
domi suæ, privatus primum, post Fun-  
danus etiam Episcopus, habebat ipsam  
quoque Deo devoram. O, ut fumo  
semper ignis est proximus! Ibat Ro-  
mam ex Campaniâ Hebræus nescio quis:  
deprehensus à tenebris ad Apollinis fa-  
num divertit, & intempestâ nocte in se-  
natum cum regulo suo frequentes coire  
orci principes videt. Hic dum rem bene  
gestam singuli gloriantur, & alii alia fa-  
cinora sibi quisque palmaria clamant;  
insolentior cæteris unus aliquis, & mul-  
tùm nequitiâ suâ superbus, jactat id  
tandem magno molimine se effecisse, ut  
ANDREAS Præsul mulierculæ tergum  
molliter distringeret. Enimverò accla-  
matum ob omnibus est; & factum id  
multis Pluto laudavit, veluti que jam de  
victo ANDREA triumphus decretus est  
tenebrioni, Sub ea in discedentium ocu-  
los Iudæus incurrit; sed quòd aliena ar-  
ma, Crucem, more Christiano obje-  
cisset, tantùm risere hominem, testam  
probè signatam, cæterà inanem dicti-  
tantes. Nempe hic rectâ ad *Andream*,  
qui Hebræo Christianis & fano *D. An-  
dræe* Apost. transcriptis, domo abhinc  
omnes omnino mulieres proscripit. Au-  
dite hæc aris devota pectora. *Feminae*  
apud

700 VITÆ SANCTORUM. 7. Nov.  
apud vos si exulaverint, ab exilio castitas  
redibit. *Ex D. Gregor.*

*Ne sub eodem cum mulieribus tecto man-  
sites, nec in præteritâ castitate confidat,  
Nec sanctior Davide, nec Samsone fortior,  
nec Salomone potes esse sapientior; memento  
semper, quòd Paradisi colonum deposses-  
sione suâ mulier eiecerit. S. Hieron. Epist. 1.*

S. ENGELBERTUS EPISC. M.  
7. Novembris.

CUnas, vitam, Mortem, omnia in  
ENGELBERTO præclara reperio,  
& digna infulâ Coloniensi, quam ille,  
uti & libertatem Ecclesiæ, etiam contra  
cognatum sanguinem (audiant utinam  
hæc illi, qui Christi patrimonia sua pu-  
tant, & in suos effundunt!) toto pectore  
propugnavit, ipsique adeò vitæ ante  
habuit. Neque enim alia ulla fuit cau-  
sa Friderico Isenburgensi Comiti, & pa-  
trono ENGELBERTI, cur sub annum  
millesimum, ducentesimum & vigesi-  
mum quintum, inmissis sicariis exiti-  
nere nepotem obtruncaret, parricidio  
tot sceleribus, quot vulneribus pleno,  
quæ quadraginta & septem erant. Nec ve-  
rò minus piæ, quàm fortiter est mortuus  
ENGELBERTUS. Nam, ut taceam  
*Virginem* solemnibus omnibus diebus Mer-  
curii jejuniis cultam, monitus per li-  
teras de insidiis, animum quidem  
con-